



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu**

**Dirckinck, Johann**

**[Osnabrug, 1696]**

VIII. Devotionis per octavam Corporis Christi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](#)

20. *Praxis VIII. Præparandi sē ad festum præparari ad Spiritus Sancti susceptionem, puritate, humilitate, tranquillitate & concordia, si in his proficere studeret. S. Bernardus Castitate, longanimitate, suavitate, charitate non fictâ. Tract. de vita solit.*

V. Solito ferventior oratio, recitatio horarum, psalmorum, officii aut Litaniarum de Spiritu S. petitio 7. donorum, & 12. fructuum Spiritus S. *Vide Horolog. Sacerd. pag. 291. & 294.*

VI. Major conatus assequendi perfectionem.

VII. Maximi denique momenti est ardenter & frequenter per diem, v. g. ad horæ sonum, invitare Spiritum S. *Veni sancte Spiritus, vel: Veni creator Spiritus,* erigenda quoque spes, & desideranda magna dona, atque ut efficacius ea obtineantur; addendæ corporis afflictiones, flagellaciones, cilicia, jejunia, & lectus durior.

## PRAXIS VIII.

*Devotionis per octavam Corporis Christi.*

I. **Q**uolibet die meditare de S. Sacramento.

II.

II. Sæpius in die & ferventius solito illud invise.

III. Diligentiùs solito refræna linguam tuam ab omni peccato, in honorem S. Sacramenti toties linguam tuam tangentis.

IV. Sæpius intra octavam & majore fervore sacram mensam adi.

V. Indies afflictionem aliquam, aut castigationem corporis adhibe, v. g. disciplinam, ad placandam summam Numinis Majestatem, ob tot irreverentias SS. Eucharistiæ toto mundo illatas.

VI. Saltem ter in die, manè, meridie, & vesperi quinquies genu flecte versus quatuor mundi partes, breviter & affectuose ob tres causas. 1. Ut petas remissionem peccatorum, quæ in ista mundi parte contra S. Sacramentum perpetrantur. 2. Ut gratias agas Divinæ Majestati pro beneficiis collatis mediante Sanctissimo Sacramento, & missæ sacrificio, tam vivis, quam defunctis. 3. Ut commendes Christo Domino in Eucaristia existenti in ea mundi parte, omnes necessitates spirituales & temporales viorum & defunctorum.

VII. Sæpius communica spiritualiter per octavam, exactius observa silentium, minùs loquere de indifferentibus, ac solito devotius sacram hostiam aspice, flectendo eo loco, quo commodè videri queat. S. Gertrudi revelatum divinitus, toties augeri meritum, quoties cum devotione ac desiderio sacram hostiam aspexeris. L. 4. insin. c. 25.

## P R A X I S IX.

*Colendi B. V. Deiparam & ad ejus festa sese præparandi.*

**C**ùm B. V. singularis sit Advocata & Patrona nostræ Societatis, eámque sub cœlestis pallii sui umbra protegat, ut vidit P. Guttierez in vita P. Balthasaris Alvarez, idque quivis de Societate experiatur, par est, eam quoque à quolibet singulari devotione coli.

I. Praxis est, si non vacet quotidie recitare rosarium in templo flexis genibus, per horam more P. Antonii Velasquez, aut si non liceat cum P. Bernardino Realino duodenas interdiu, & totidem noctu coronas persolvere, saltem indies ; pie & constanter unam recita.

II.